



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque
obeundi**

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

Praxis V. Tempore Quadragesimæ. Vsui esse queunt 7. profusiones sanguinis Christi. vide pag. 222. Septem Petitiones Orationis Dominicæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50863)

Praxis V.

Tempore Quadragesimæ.

Vni esse quænt 7. profusiones sanguinis Christi. vide pag. 222.

SEPTEM PETITIONES

Orationis Dominicæ.

DOMINE Jesu & in cœlis fulgens in gloria, & hîc in Sacramento latens velut in umbra, ut nostri debilitati consulas. Agnosco, immunditiam & peccatorum meorum multitudinem & erubescorotus. Sed tu es *Sanctificator meus*, qui me, totumque mundum in momento sanctificare vales: ah! sanctifica, secundum sanctam voluntatem tuam me & omnes mundi incolas: ut à Solis ortu usque ad occasum sanctificetur laudabile nomen tuum.

II. Tu es *Rex Regum* potentissimus: excinde igitur in me, meis, totoque mundo regnum carnis & diaboli, tanque latè patentem, ac maximæ orbis parti dominantem tyrannidem opprime. O adveniat Regnum tuum, suavissimum ac sanctissimum, ut velut Rex unicus & supremus ab omnibus, ut par est colaris, amaris & adoraris.

S 4

III. Tu

III. Tu es *Dominus Dominantium*, absolute solutus & independens omnium Monarcha, mi Jesu, absolutissimum in omnes & proprietatis & jurisdictionis habens Dominium. O fiat, abnegatâ nostrâ, voluntas tua sicut in cœlis ita & in terris, in me, de me, per me, per omnia & in omnibus.

IV. Tu es *Provisor universalis omnium*, mi Jesu, & pastor bonus, tu es Pastor animarum nostrarum, pascere eas verbo vitæ, & Sacramentorum virtute: pascere corpora ut sint gloriæ tuæ instrumenta: Panem nostrum quotidianum & supersubstantialem da nobis hodie.

V. Tu es *Redemptor noster* & venia Largitor. Ecce quot miliones horrendorum scelerum à Fidelibus & Infidelibus audacter & protervè patrantur. O parce Bonitas! ignosce, miserere; quia nesciunt quid faciunt: & dimitte nobis debita nostra, & fac ut ea lacrymis amarissimis eluamus.

VI. Tu es *Protektor noster* mi Jesu: ecce enim innumerabilibus hostium turmis circumcingimur, adeò tamen fragiles, ut minimo tentationis vento, velut folia, commoveamur. Sed unde veniet auxili-

mi-nifi
protect
tion-
VII.
ad quer
nos eri
libera n
malu su
liber
terribil

Reco
tiones

Chr
ans, ac
Solem
II.
rigidu
III.
Naarm
IV.
um, s
abstergo

sihisi à te? assiste itaque gratiâ tuâ, & protectione defende ut nunquam tentationi succumbamus.

VII. Tu es denique *Liberator* - *ster*, ad quem confugimus, ut à malis omnibus nos eripias. Et quidem in vita præsentè, libera nos à malo culpæ lethalis, quod malū super omne malum est: in altera vero libera nos à malo pœnæ æternæ, quod terribilium omnium terribilissimum est.

Praxis VI.

Tempore Paschali.

Recole septem Christi Domini apparitiones indicatas supra.

Praxis VII.

Tempore Pentecostes,

Christum Dominum in Templo visitans, accede ad illum jam I. tanquam ad Solem, radiisq; ejus te expone, ut illustreris

II. *Alias adi tanquam ad ignem, ut frigidum cor tuum incalescat.*

III. *Tanquam ad Jordanem, ut cum Naamo, laveris & munderis.*

IV. *Tanquam ad Speculum Virtutum, ut defectuum maculas cognoscas & abstergas.*

S 5

V.